



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 5. De Minoribus ditionibus Ducis Mutinensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

FLV- } SERCIVS: *Serchio*, olim Anser, de quo in Tusciâ pluri-  
 VII. } bus.  
 } Turritus Fl. *Torrta*, in Sercium cadens ad Castrum  
 } Nouum.

NVM. 5. De Minoribus dittonibus Ducis Mutinensis.

DVCATVS } CORREGIVM: *Corregio*, honestum & perlau-  
 CORREGIA- } tum oppidum, & diligenter munitum, di-  
 NVS, } ctum olim Spina Ducis Mutinensis: virorum  
 nunc Domi- } magnorum patria dicitur à Leandro.  
 nium, } Falicum: *Falico*.  
*le Duché, ou Sei- } S. Georgij: *San-Georgio*.  
 gneurie de Corre- } FANA } S. Blasij: *San-Biaggio*.  
 gio. } S. Prosperi: *San-Prospero*.*

PRIN- } CARPI: *Carpi*, vrbs antiqua, & nunc etiam  
 VR- } potens, & munita, cum præfecto & firmo  
 CI- } præsidio. Fuit diu sub imperio Picorum, de  
 BES } quibus in Comitatu Mirandulæ dicemus:  
 Sita est ad incile Fl. Secij *Secbia*.  
 PA- } NOVI: *Nuovo*, olim arx munitissima, cele-  
 DI- } berrima in historiis à rebus hic gestis, quarum  
 TIO- } meminit Leander in Ephemeridibus: æqua-  
 TVS } ta solo est ab Hercule Duce Ferrariæ.  
 NIS } Fanum S. Martini: *San-Martino*, Marchio-  
 } natus caput in familiâ Atestinâ ad Fl. Se-  
 } cium, locus diues, & amœnus: varias ex-  
 } pertus vices: de ruderibus vicinæ vrbs  
 } quam indigenæ Ansam Reginam vocant,  
 } fabulas suspicor.  
 CAR- } FANVM S. FELICIS: *San-Felice*, nobis *S. Felix*,  
 PEN- } vrbs ampla & munita cum suo præfecto, qui  
 SIS. } in castro non illepido commoratur.  
 } Castellum Finale: *Finale*, conditum à Muti-  
 } nensibus anno 1213. patria illustrium viro-  
 } rum Leandro, sita in Insula quam efficit Fl.  
 } *Panaro*.



la Prin-  
cipauté  
de Car-  
pi. } FLV. } SECIVS: *Secchia.*  
VII. } Incile Secij: *le Canal de Secchia*, Carpos alluens.  
Incile Rizanum: *Fossa Rizana.*  
Panarus: *Panaro.*

SAXVLANA  
DITIO,  
la Seigneurie de  
Sassuolo,  
inserta Ducatu  
Mutinensi. } SAXVLVM: *Sassuolo*, decem millibus à Mutinâ  
oppidum, & castrum munitissimum cum suo  
præfecto: situm est inter Fl. Secium, & inci-  
le deductum Mutinam. Pij de hac vrbe cum  
Duce coram Imperatore fortiter decerta-  
runt, lis Mutinensi adjudicata est.  
Fanum S. Mariæ Saxulanæ: *S. Maria di Sassuolo*,  
locus magnæ pietatis.

ROLIENSIS  
COMITA-  
TVS,  
le Comté de Roly. } ROLIVM, seu Rolum: *Roly*, oppidum tenue, &  
tam parui nominis, vt vulgò in tabulis minùs  
annotetur: situm est in limite Agrorum Bono-  
nienfis, Mutinensis, & Tusci.

§. 5. De ditione *Mirandulanâ*.

SECTIO I. *Històrica huius Regionis.*

NOMEN habet à *Mirandulâ* vrbe, quam dictam volunt ab ad-  
mirando partu *Eurides* filiz *Constantij* quam *Manfridus* *Aulicus*  
rapuerat, & hîc tres filios vno partu peperisset, quæ omnia fabu-  
las sapiunt. Domini huius ditionis primùm *Comites* fuerunt de in-  
de *Principes Mirandule*, & *Comites Concordie*, sed *Alexander Picus*  
50. millibus aureorum ab Imperatore Ducis titulum redemit.

QUANTITAS. *Longitudo* eius desumenda est à sylua *Concor-*  
*diensî* in limite *Mutinensî* ad *Portum Vetus Porto Vecchio*, continetq;  
septemdecim millia passuum, 8. leucas *Francicas* cum dimidia,  
*Germanicas* 4. cum  $\frac{1}{4}$ : *Latitudo* à vico *Ronzole*, ad vicum *Tram-*  
*niucium Tramuscio*, minuta septem complectitur, idèoque 7. millia  
passuum, seu 4. leucas nostrates cum  $\frac{1}{2}$ , *Germanicas* 2. cum  $\frac{1}{4}$ . *amb-*  
*itus* ferè 50. millium passuum est, 25. *Francicarum leucarum*,  
*Germanicarum* 12. cum  $\frac{1}{2}$ .

QUALITAS. Regio est frumenti & orizæ ferax, quæ in *Venetâ*  
potissimùm ditione distrahuntur: neque vina desunt alicuius no-

*Parall. Geogr. Tom. II.*

OOOO